© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

botanikus részéről a mellőztetést azzal érdemlette ki, hogy ő kedveskedni akarva mindenütt a szeme előtt van,dé a botanikus a ritkább növényekben szeret gyönyörködni.

Talán ezután gyakrabban megnézik, legalább a termését. A pásztortáskának, mint az emberi kulturát követő fűnek, egy része sem marad változatlanúl. A változás sorozatát tekintve még a *Bursa grandiflora* is alig figyelemre méltóbb más eltérésnél. Fiume körül gyűjthetünk olyant, a mely nagyobb fehér virágával a *Bursa grandiflora* felé közeledik Érdemesebb eltérései azonban leginkább a déli termőhelylyel függnek össze. Németországban kevésbbé változatos, hazánkban, kivált a mediterrán vidéken, valamint a Balkánon a változatossága gyarapszik és érdekesebb. Az eltérés továbbá az évszakhoz kevésbbé alkalmazkodik, tavasztól késő őszig virít és gyümölcsözik, de eltérő bélyege az évszakkal nem kapcsolatos (Cfr. *B. rubellam* p. 23.)

am häufigsten als Garten- oder Acker-Unkraut; die Vernachlässigung von Seiten der Botaniker hat es sich wohl hauptsächlich durch seine allgemeine Verbreitung zugezogen, da sich doch die Botaniker viel lieber mit seltenen Pflanzen beschäftigen.

Vielleicht trägt dieser Aufsatz dazu bei, um die Aufmerksamkeit auf den Formenreichtum dieser Gattung insbesondere in Bezug auf ihre Früchte zu lenken. Das Hirtentäschchen ist so variabel, dass sich die Veränderungen so zu sagen auf alle Teile der Pflanze erstrecken. In Anbetracht dieser Variabilität ist sogar *Bursa grandiflora* kaum auffallender als andere Abweichungen. Um Fiume findet man Exemplare, welche sich durch die grösseren weissen Blüten der *Bursa grandiflora* nähern. Die auffallenderen Abweichungen kommen jedoch hauptsächlich an südlicheren Standorten vor: in Deutschland ist es wenig veränderlich; in Ungarn, besonders im Mittelmeergebiet, ferner auf der Balkanhalbinsel nimmt die Variabilität zu und wird interessanter. Es blüht und fruchtet vom Frühjahr bis in den Spätherbst, und die abweichenden Formen sind von der Saison unabhängig.

Bursa pastoris (L.) variat:

a) *Quod propagationem attinet.*

1. *B. rosulans* BORB. ined. Varietates *B pastoris* omnes annuae, agemmae; at exeunte autumno, in arvis Budae exemplaria invenies, ex quorum axillis inferioribus rosulae innovationis enatae sunt perhiemantes, sero autumno aut vere radicem agentes,

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

ut denique herba caulescens florifera sit. Huiusmodi propagatio inter Cruciferas nostras haud rara: *Arabis hirsuta, Erysimum canescens* autem sero autumno prolibus numerosissimis superbit.

b) *Quod habitum attinet*:

2. *B nana* BAUMG. Enum. stirp. Transsilv II. 1816,246 pro var. C. *b. past.* (var. *minor* DC. Syst. veg. II, 1822, 384; var. *humilior* Hagenb. Fl. Basil. suppl. 1843,130, var. *parvula* G. Beck, Fl. v. Nieder-Ö. 1892. 492; subvar. *subacaulis* ROUY et FOUCAUD Fl. de France II. 1895, 94.; *C. humilis* eorum l. c. 96, f. *alpina* GOIRAN, Nuovo Giorn. Bot. Ital. XII. 147); soli macri filia et in planitie (Budae-Pestini, Félegyháza. [WAGNER]), et in regione alpina (Tiroli: im cacumine montis Cavallazza ad San Martino di Castrozza. 2500 mt. s. m. 31. Jul. 1900, [DEGEN]), et in tractu boreali (Norvegia: ad Jerkin, 62° latit., 960 mt s. m.; var. *pygmaea* BAENITZ: Herb. Europ. 6424, 1891), quoad fructum typica. Ceterum varietates sequentes plures in formam nanam cadere possunt.

c) *Folia iam magis varia*:

3. *B. carnosula* BORB. ined. foliis carnosulis, glaberrimis. Cfr. SCHULT. Österr Fl. II. 1814, 217—18. Austria infer.

4. *B. canescens* MARTR-DON in ROUY et FOUC. l. c. 94, fol. canescenti-pubescentibus. In Gallia.

5. *B. Schrankii* GM. Syst. veg. 974, 1796 sub Thlaspide (*Thl. hirtum* SCHRANK Bay. Fl. II. 1787, 182, non L. Sp. pl. 1753, 646; var. *simplicifolia* PERS. Synops. II. 1807, 189; var *integrifolia* DC. Syst. II. 1822, 384, var. γ L Mant. II.) Ubique; ad Barlangliget Tátrae rara, ad Békás-Megyer etiam capsulis trivalvibus, in valle Szépárok Budae pedunculis binis connatis. Etiam in agro Fluminensi.

6. *B. sinuata* SCHLECHT. Fl. Berol. I. 1823, 345, pro var. *B. runcinata* KITT. Taschenb. 1844, 891, pro var.[1]) — *B. pinnatifida* SCHLECHT. l. c. et *B. coronopifolia* DC. l. c. 384 pro var. (prope Gyoma; ad Thermas Herculis; Petrozsény, ceteris rarior.) variationes sunt levissimae.

d) *Quod florem attinet*, conf. n. 2, 3, 4, in p. 20 et.

B. rubellam p. 23, gemmis calycibusque purpureis.

7. *B. apetala* OPIZ in Flora 1822, 269 sub *Capsella* (var., *decandra* DÖLL: Fl. Bad. III. 1862, 1310), apud nos rara: Budae-Pestini, Günsii, Nemes-Podrágy (HOLUBY), Gornja (WIERZB.)

e) *Quod siliculam attinet, Bursa pastoris adeo varia, ut subgenera eius certissima distingui possint, ut sequuntur.*

1. *Solmsiella*[2]) Siliculae latiseptae, ovoideae aut ellipsoideae, absque emarginatura apicali, dorso convexae, tumidae, basi breviter contractae, in stylum distinctum acutae, seminibus plurimis comple-

[1]) Non var. *runcinata* Freyn Fl. Süd-Istr. 1877. 39 sub *C. rubella*.

[2]) Nomen solum in Természettudományi Közlöny 1901. p 560. In memoriam detectoris, professoris eximii, comitis H. de SOLMS-LAUBACH sincero honore dicavi.

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

tae, valvis tenuibus, membranaceis, hinc et inde ruptis, ut videntur haud dehiscentibus, sed irregulariter laceratis, funiculis hinc et inde viridibus.

1. *B. Heegeri* (SOLMS), Botan. Zeitung 1900, 167 apud nos deest.

Solmsiellae genus aut subgenus *Cruciferarum* Siliculosas latiseptas cum *Angustiseptis* conjungit. Inter Latiseptas *Camelinae* praecipue affinis, differt petalis albis, siliculis haud obovatis, valvis tenuibus, astylibus (septis styligeris), haud rite dehiscentibus, imo magis laceratis, nervo medio crasso *Camelinae* nullo, a *Bursa* autem valvis convexis, siliculae haud angustiseptae formâ. Manifestus igitur testis est, quam maxime *Bursa* ad *Camelinam* accedat.

2. *Trigonolobos* KITT. Taschenb. II. 1844, 891. Siliculis angustiseptis, a latere compressis, obverse triangularibus, ± emarginatis, valvis firmioribus, navicularibus, superne calcari vacuo aut cuspide, dehiscentibus.

a) *Maioriflorae, petalis calycem plus quam duplo superantibus*:

2. *B. grandiflora* FAUCHÉ et CHAUB. in BORY et CHAUB. Fl. Pelop. 1838, no 1017, t. 24 sub *Thlaspide*, „capsula obverse aequilateraliter triangulari, apice obcordata, stylo brevissimo apiculata, ... capsulae . . . lateribus inferioribus (dorso) superiori aequilongis, nec eo longioribus, alarum sinubus magis rotundatis.“ Sparse pilosa.

Habitat in Graecia.

3. *B. thracica* VELEN. Sitzungsberichte d. böhm. Gesellsch. 1893. p. 11 sub *Capsella*, molliter patule hirta, pedunculis tenuibus, silicula triangulari, antice profunde emarginata, [1]) basi angustata; stylo longiore ac in affinibus. Habitat in Bulgaria.

4. *B. gracillima* BORB. ined. (*B. grandiflora* × *rubella*) sparse pilosa, foliis inferioribus lyrato-pinnatifidis. Flores magnitudinem illorum *B. grandiflorae* adaequantes, etiam notae plurimae illis congruae, differt capsulis etiam rubellis, gracilibus, quam in *B. grandiflora* minoribus, apice vix excisis, stylo 1½ mm. longo, exserto, dorso concavo-exciso, inferne eximie angustato, linea superiore parum convexa longiore.

Graecia, ad Aetolikon, Messolonghi (O. REISER), ad Corcyram (HALÁCSY).

b) *Minoriflorae, petalis calycem ad summum fere duplo superantibus, aequilongis aut nullis.*

aa) *Siliculae haud emarginatae, imo apice acutae aut rotundatae.*

5. *B drabiformis* MURR Oesterr. Botan. Zeitschr. 1899 p. 168 pro var. *Capsellae b. past.*; siliculis ovoideis usque lanceolatis, ± acuminatis. In Tiroli ad Tridentum.

6. *B. camelíniformis* MURR, l. c. p. 168, pro var., siliculis obovoideis, apice rotundatis, stylo ¼—⅓-e breviore apiculatis.

---

[1]) Dorsum siliculae concavo-excisum in herba authentica (BAENITZ: Herb. Europ. no. 10168) haud conspicuum, at fructus minor atque gracilior quam in *B. pastoris*.

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

In Tiroli ad Tridentum.

bb) *Siliculae apice ± emarginatae.*

aaa) *Orthotomae, silicularum dorso lineam rectam aut leviter convexam formante, silicula igitur inferne sensim angustata, triangulari aut triangulari-cuneata.*

α) *Truncatae*, capsulae apice levissime emarginato, truncato.

7. *B. Gelmii* Murr l. c p. 171. sub *Capsella*, capsulis obverse triangularibus, racemis fructiferis densis. In *B. stylosam* cadere videtur.

In Tiroli ad Tridentum.

8 *B. microcarpa* LÓSCOS ap. LÓSCOS et PARDO: Ser. inconf. ed. II, 1867, 38, dense hispido-pubescens, petalis calycem aequantibus, siliculis parvis, apice vix emarginatis. quasi orbicularibus. (*B. gracilis* GREN. ?). In Hispania.

9. *B. stylosa.* VIS. Fl. Dalm. III, 1852, p. 109, pro var *Caps. b p.* silicula minore, stylo lobos aequante.

In campis Budae.

Insula Veglia ad Castel Muschio.

Croatia: ad Portum regium.

Graecia: in collibus saxosis prope Athenas (HELDR. Herb. Graec. norm, 1212 b 1894).

Synon. *C. b. past. β brachycarpa* HELDR. l. c. „siliculis dimidio minoribus, brevioribusque a var. *macrocarpa* eximie distincta. Anne species propria (*C. brachycarpa* HELDR)?"

C. b. past. var. *maritima* HELDR. exsicc. 1878.

10. *B. ruderalis* JORD., Diagn. 1864, p. 340 sub *Caps.* Siliculis cuneato-obcordatis.

In Hungariai in campis Aquinci. In Gallia.

β) *Obcordatae, siliculis apice distincte emarginatis.*

aa) *Isometrae, silicularum latitudo suprema longitudinem earum circiter aequans.*

11. *B. pastoris L.* Sp. pl. I, 1753, 647, sub *Thlaspide* (*Capsella virgata* JORD Diagn. 339, *C. praecox* ej. 342 racemis fructiferis sat densis. *Thlaspi polymorphum* GILIB. Fl. Lithv. IV. 1781 56, Exerc. I, 1792, 239; var. *triangula* G BECK, Fl. Nieder-Österr. 1892 p. 492) „siliculis obcordatis."

Vulgaris et in ditione continentali et litorali.

Pedunculi hinc et inde conferti, bini ternique, varia longitudine connati, capsulis liberis, unica earum tricarpella (Budae).

12. *B. exotica* PERS. Synops. II. 1807, sub Thlasp. „maior foliis lyrato-pinnatifidis, siliculis magis emarginatis."
„In Montevideo".

In arvis Budae.

13. *B. abortiva* HAUSSKN. Mittheil d. Thür. Botan. Ver. neue Folge III—IV. 1893. p. 116 sub *Capsella* (*B. grandiflora* × *pastoris*)[1])

[1]) De prole hybrida inter B pastoris et grandifloram cl. *Vetter* in *Burnati* Fl. des Alpes marit. (1892, 145) mentionem fecit, at nec descripsit nec demominavit.

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

„ramosissima racemis valde elongatis, floribus eis *C. bursae pastoris* submaioribus, siliculis abortivis, hinc inde adultis" (quod formam attinet?). Ex descriptione vix cognosci potest. In Graecia.

14. *B. pseudorubella* MURR. Allg. Botan. Zeitschr. 1898. 97 pro var, Dense ramosa, racemis confertis, capsulis profunde cordatis et triangulari-cuneatis, ut in 19, antice minus emarginatis, nonnullis nostrarum etiam illi *Thlaspeos arvensis* similioribus.[1])

Austr. super. ad Linciam.

Budae-Pestini: Hüvösvölgy, Rákos Pestini.

15. *B. alpicola* G. BECK. Fl. Nieder-Österr. 1892, 492, pro var. Siliculae pedunculis aequilongae. In Austriae inferioris alpibus.

16. *B. bifida* Crép. Notes, fasc. I. 1859 p. 11. pro var. *C. b. past.* (*C. sabulosa* JORD. l. c. p. 341.) siliculis triangularibus, emarginatura profundissima, lobis rotundatis. In Anglia.

In Litorali Hungarico ad Flumen.

In cultis Budae-Pestini; ad Lucski.

Polonia: Weleśnicy!

17. *B. macrocarpa* HOBKIRK, Bull. soc. roy. bot. Belg. 1869, 457, pro var, siliculis quam in typo triplo maioribus, emarginatura profundissima, stylis fere nullis. In ditione Tibetana.

bb) *Percuneatae. Silicularum latitudo suprema longitudine earum conspicue brevior, silicula enim basin versus cuneatim valde angustata*

18. *B. major* HAGENB. Fl. Basil. II. 1834. 149. pro var. (var *genuina* Crép. l. c. 11; var. *macrocarpa* ALBERT Pl. Var. 10.) Siliculis usque 1 cm. longis, stylo ermarginaturâ triplo breviore.

Vulgaris etiam in litorali Hungarico atque Croatico (Fiume. Zengg, Vratnik).

Romania ad Verčiorova.

Bulgaria: Sadova. Sophia (PICHLER).

Graecia: *Capsella b. p.* var. a) *macrocarpa* HELDR. Herb. Graec. norm. 1212, 1893, non HOBK.

19. *B. stenocarpa* CRÉP l. c. p. 11. pro var. *C. b. past* (*C. stenocarpa* TIMB. Bull. soc. hist. nat. Toulouse III., 1870, 125) silicula anguste cuneata, latitudo superior longitudine siliculae duplo brevior, stylus plerumque emarginaturae altitudine (*C. agrestis* Jord. l. c. 339. — RCHB. Icon. 4229 huc pertinere videtur.

In humidis Budae Pestini; ad Fenyőháza; Lucski.

In litorali Hungarico atque Croatico ad Flumen et Segniam.

Fuchsberg ad Berolinum.

Tiroli: ad Oenipontem.

Bosnia: Sarajevo (DEGEN).

Bulgaria in declivibus montis Rhodopes centralis supra pagum Stanimak (WAGNER).

In Epiro orientali: in monte Tsumerka, alt 1500—2200 m. solo calc. (HALÁCSY).

---

[1]) Heterocarpia inter *Cruciferas* haud rara.

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

bbb) *Coelotomae, dorsum siliculae concavo-excisum aut lineam fractam obtusangulam formans, crure superiore breviore recto, inferiore longiore, magis lineam subconvexam formante, fructus igitur abruptim angustatus, inferne tenuior.*

20. *B. rubella* REUT. in 2 Bullet. soc Haller. 1853—4, p. 18 sub *Capsella* (*C. rubescens* PERSONNAT, Bull. soc. bot. Fr 1860, 511.; *C. b. past.* var. *parviflora* CARUEL Fl. Ital. IX. 672; var. *genuina* ROUY et FOU. l. c. 95) Petalis albis aut subroseis, sepala extus saepius cum siliculis purpurascentia parum superantibus. Siliculis 5 mm longis, 4 mm. latis, triangulari-cordatis, subito attenuatis, basi tenuibus, lobis arcuatis, valde divergentibus, stylum duplo superantibus, seminibus minoribus atque paucioribus, quam in *B. pastoris*

In siccis declivium Litoralis Hungarici et Croatici a Flumine usque ad Carlopago, *forma vernalis*.

Ad vias prope Slunj (ROSSI).

In arvis ad Ipoly-Litke.

Istria merid.: Sikič (WITTING); Dalmatia: in siccis prope Spalatum (PICHLER); Tirolia: ad Tridentum (MURR); Liguria: Bordighera (BICKNELL): Gallia: Angers; Bulgaria: ad Sophiam (PICHLER).

Graecia. Kalampaka: Hagia Triada (SINTENIS nr. 65, It. Thess. 1896): in insula Melos.

Observ. Quum Cl. HOBKIRK l. c. 455. *B. rubellam* ex territorio Americae meridionalis examinasset, nunc merito quaeritur, num *B. rubella* ex America in Europam importata sit.

21. *B. cuneata* ROUY et FOU. l. c. 95 pro var. *C. rubellae*. (*B. maior*×*rubella*) pubescens aut villosa, petala calycem superantia, siliculae maiores, 7 mm. longae, 4 mm. latae, longe attenuato-cuneiformes, sat profunde emarginatae. Gallia.

22. *B. gracilis* GREN Fl. Massil. 1857 p. 17 (*B. pastoris*×*rubella*) Racemo perelongato, siliculis parvis, saepius sterilibus triangularibus, stylo emarginaturam superante. Petalis — fide HOBK. l. c. — rubellis, sepala fere duplo superantibus.

In litorali Hungarico et Croatico a Flumine usque ad Segniam passim; ad Ogulinum, Drnje.

Ad Ogradina, locis siccis (DEGEN). Forma sterilis esse videtur.

23. *B. hispida* HOBK. Bull. soc. bot. Belg. 1869, 458 sub *Capsella*; sepalis petala fere aequantibus, siliculis latitudine duplo longioribus, apice sat profunde emarginatis, stylo emarginaturâ brevioribus, pedicellis silicularum longitudinem aequantibus. Pilis albis rigidis hispida, pumila. In Oriente.

24. *B. fracticruris* BORB. Természettudományi Közl. 1901. 561 Pilosa elatior, ramosissima, petalis calyce paulo maioribus albis, siliculis usque 1. cm. longis pedunculis horizontaliter patentibus, abbreviatis aequilongis, basi cuneatim valde elongatis, illis n. 18 similibus, at non sensim angustatis, sed ab apice latiore, sat profunde

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

emarginato abruptim attenuatis, ideoque lineam fractam angulo obtuso formantibus, stylo brevi.

In agro Fluminensi.

In Graecia: M. Korax prope Musinica (LEONIS).

25. *B. alpestris* MIÉGEVILLE, Bull. soc. bot Franc. III. 1863, 10 (var. *alpina* Schur, Sert. 1853, 9, sol. nom.) Enum. 72, Humilis, simplex, „caule scapiformi, aphyllo . . pilis stellatis hirto, foliis" basalibus pinnatifidis, „siliculis triangularibus, subemarginatis, angulis rotundatis" Nostra sine dubio aberrationem sistit *B. rubellae* in alpibus analogam, foliis integris, diplotrichis, corolla calyce pallido aut virescente, albo-marginato duplo longiore, siliculis illis *B. rubellae* similibus, dorso concavo-excisis,[1]) sed apice paulo angustioribus, minus profunde emarginatis, stylo igitur magis conspicuo. Pedunculi fructu sesquilongiores.

Hungaria. In subalpinis Zsudjele alpium Retyezát, in cacumine Királykö ad Zernyest. In Pyrenaesis

---

A hazai flórának uj polgára.

Astragalus depressus L.

Irta: **Thaisz Lajos.**

Herkulesfürdön. Magyarországnak floristikai szempontból legérdekesebb s egyúttal legjobban átkutatott vidékén, még mindig találhat a figyelmes kutató érdekes növényeket. Igy a mult évben is hosszabb ideig tartozkodván ott, olyan szerencsés voltam, hogy a fürdő felett emelkedő Vurfu Suskuluj hegy tetején sziklák között fölfedeztem az *Astragalus depressus*-t L., amely lelet annyival is inkább érdekes, mert e dél-európai növény semmi esetre sem az ujabb időkben vándorolt be hozzánk, hanem bizonyára már ősidők óta ott lapul meg a sziklák közötti humuson, leveleit, virágait, terméseit a földre teríti, s csakis igy tudta annak a sok hazai és külföldi élesszemü botanikusnak a figyelmét elkerülni, akik a mult század eleje óta kutatni jártak a magyar flóra eldoradójába.

Az az hogy már történeti igazság kedvéért is el kell mondanom, hogy Dr. DEGEN Árpád urnak is van köze e fölfedezéshez, mert figyelmeztetett rá, hogy ő gyüjtött ugyancsak a Vurfu Suskuluj hegyen egy pillangós-t, amely valószinüleg az *Astragalus* fajhoz tartozik, meghatározni azonban nem tudhatta, mert a gyüjtés őszi hónapban történt, amikor nem volt sem virágja, sem termése.

Ezen érdekes növény meghatározásakor az *A. leucophaeus* SM. vizsgálatára is ki kellett terjednem. Dr. DEGEN Árpád ur

---

[1]) In descriptione MIÉGEVILLEANA mentio huius notae nulla, at in ROUY et FOUC l. c. 95 ad *C. rubellam* reducitur.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Ungarische Botanische Blätter

Jahr/Year: 1902

Band/Volume: 1

Autor(en)/Author(s): Anonymus

Artikel/Article: Bursa pastoris (L.) 18-24